

Alissimè creditur. Etsi autem non parum confert  
ueteris Ecclesie consensus, ad refutandam falsam  
scripturae interpretationem, tamen fides nostra  
soli uerbo Dei nititur. Christus enim clarè con-  
firmat Nicodemo: Amen amen dico tibi, nisi quis  
renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest in-  
troire in regnum Dei. Et addit rationem, quod na-  
tum est ex carne, caro est. Et Paulus inquit: Qui in  
carne sunt, Deo placere non possunt. Item: Caro  
& sanguis regnum Dei possidere non possunt. Et  
Christus ait: Dedit eis potestatem filios Dei fieri,  
qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis,  
neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Quod  
autem articulus affirmat peccata plene tolli in ba-  
ptismo, id uerum est quantum ad imputationem  
attinet, sicut Paulus inquit nulla est condemnatio  
ijs qui insiti sunt Christo. Et tamen hoc etiam cre-  
dendum est, quòd eodem loco addit, affectus carnis  
est inimicitia aduersus Deum. Dei enim legi non  
subditur, ac nec quidem potest: Sed nos captiuos  
abripit sub legem peccati. quare sua natura uerè  
est peccatū, etiamsi cōdonetur propter Christum.

### Tertius articulus Louan.

**P**oenitentiæ sacramnetū (quod post  
baptismum omnibus relapsis est  
ad sa-

*Testo. ex no. 2  
de baptis. infra*

*quò tollit  
in baptismo.*